



Hist. Sax. Jupp. Lim. Ernest 115.

1602

h. 7

ΑΝΑΓΡΑΜΜΑΤΑ

EX NOMINIBVS AVGV-
stissimis Illustrissimorum & Generosissimorū
rum Principum ac Dominorum

DN.

FRIDERICI
VVILHELMI, I.
ELECTORATVS SA-
xonix Administratoris & Tutoris

ET DN.

IOHANNIS,
DVCVM SAXONIÆ,
Landgraviorum Duringix, &
Marchionum Misnix &c.
deducta,

*Isdemq; serenissimis Principibus, Fratribus
Germanis dedicata,*



IOACHIMO VVETHMANO
Iavorano, LL. CCQ. Stud.

LIGNICII typis Sartorianis.
MDCI.

Illustrissimis Principibus, & Dominis,

DN.

FRIDERICO VVIL-
HELMO,

Inclyti Electoratus Saxoniae Administratori,

Et DN.

IOHANNI,

*Ducibus Saxoniae; Landgraviis Thuringiae, Marchi-
onibus Misniae &c. Fratribus Germanis,
Dominis suis clementissimis.*

PLato Sophorum maximus
Prosperam Rempublicam
Adfirmat esse, maximè
Cum frena doctis literis
Tenent faventes Principes.
Vestro vigent sub climas
Artes, Camœnae, literae,
Doctrina caelo prodita:
Doctis favetis artibus
O Principes, Respublica
Est ergo vestra prospera.
Felicitate stemmatis,
Felicitate Nominum,
Favore mota dedicat
VOBIS Camœnas Pieris,
Augustiori rivulo
Ductas, precans ut Celsitas
Bonique VESTRA consulat.

VV. Celsitud.

obsequentiss. & subjectiss.

Ioachimus VVerbmanus I.

ILLVSTRISSIMVS ET
Serenissimus Princeps & DN.

FRIDERICVS VVIL-
HELMVS,

Administrator & Dux Saxoniae, Landgravius
Turingiae, Marchio Misniae, & Prin-
ceps Hennebergensis.

FRIDERICVS GVVIELHÆLMVS,
MARCHIO MISNIAE.

A N A T P A M.

Adspirata una reject.

RELIGIONIS, FIDEI HIC MV-
SARVM AEMVLVS ACER,

E*nthea religio cui cura, Iura Themistos,
Et AEquitatis Regula:
Aonia Musa cura cui, Religionis
Cura Fides ac Enthea.*

*Suspicit hic illos, puram qui religionem
Puro fatentur pectore.*

*Fautor & est Themidis, Fidei sibi norma, cura,
Choro noveno deditus.*

*Religio cum Iustitia tibi dia, Themistos
IVRISq; cura Regula.*

*Mutiloquas, summo dignaris honore, Camænas,
Doctum poema suspicis:*

Es satus illustris, generoso sanguine, Princeps,

O GVILIELME MARCHIO.

*Si quis imaginibus clarus, si nobilitate,
Avosq; jaētat principes:
Non tibi nobilitas Princeps, haud nomen Avorum,
Sic haud deest stirps nobilis:
Nota viget Patris terrarum F A M A per Orbem,
A V I q; vivax Gloria:
Per quem Relligio, Latiis obducta tenebris,
Defensa, vera prodidit:
Magniloquus vates, quam voce stylog; LV T H E R V S
Est fassus, ac hanc protulit.
Enthea Relligio tibi cura, norma Themistos,
Astraea, verbis adserit:
Adserit haec referēs: Princeps quisnam FRIDERICVS
Quis MARCHIO ve MISNIAE?
AEMVLVS HIC FIDEI Dux ACER, RELIGIONIS
Et Veritatis emulus,
Est Heliconiadum MVSARVM, Iuris & aequi,
Herosq; clementissimus:
Saxonico vigeant sub climate prospicit idem,
Manentq; puri rivuli:
Ut scateant sacri, purissima flumina, VERBI,
Templis, Scholisq; prospicit:
Immundas odit cisternas traditionum,
Cano scatentes barbaro:
Heronum, sub enim tutela, DVX, generosa,
Id prestitit nunc, Principum:
Prospiciens VE R B I vigeant ut semina puri,
Doctis Scholaeq; floreat.
Saxonica RVTAE sub tegmine, IOVA, Camæna,
Da floreat Ecclesia.*

Da vireant

*Da vireant Themidos leges, & Apollinis artes,
Scientiarum lumina.*

*Saxonica, generose, domus, quod suspicis Artes,
Princeps Camænas promovens:*

*Maëte tua Virtute, canent quia secula Nomen
Vivax tuumq; posteri.*

*Perpetuam lucens mereatur GLORIA Famam,
Vivant Nepotes incliti.*

Illustrissimus & Generosissimus

simus Princeps & Dominus,

DN.

I O H A N N E S,

**DUX SAXONIAE, LANDGRAVIUS
Thuringia, Marchio Misnia &c.**

**I O H A N N E S M A R C H I O
M I S N I C V S.**

Ἀναγεγραμμάτισεισ

**A N N E M V S I S H I C A R C H O N E
I M O : I S.**



*Vi cura populus, rerum cui summa potestas,
Cui sunt habena tradita:*


*Enthea relligio, Princeps hic prospicit, intrà
Sit nota certa limites.*

Deditus

Deditus es Musis, artes & Iura Themistos
Ἀρχὸν Σέβασε suspicis ?
Plebs, generose tibi cura, DVX, annuis idem
Dio favesq; dogmati :
Est tibi religio cura quam voce professus
Avus, Paternq; credula:
Quam redamat Frater Fridericus quamq; faletur
Dux Guilielmus inclitus.
Adserit hoc Themis, & Musarum fautor Apollo,
Astræa dia comprobat :
ANNE soror, MVSIS favet HIC generosus, & AR-
IMO refert IS deditus : (CHON?)
Prospicit & querulis hac tempestate Camanis,
Doctas fovens & literas.
Præsidio, quoniam florent Musæq; quietæ,
Sub Celsitatis maximo.
Obtinet hinc Princeps celebris præconia Fame,
Vivens & ultra funera.

R V T A

D V C V M S A X O N I A E
Insigne.


nsifero Clypeo, ceu Ruta virescit, & angues
Arcens, colubros noxios :
Sic bruma vireat nocituros ipsa colubros
Ecclesiaeque reprimat.

Vmbra

*Vmbra sub Ruta victrix Ecclesia sedem
Quamuis sit acta collocet :
Hac vmbra demta lolium dominabitur agris
Hoc , R V T A crescat , climate.*

R V T A C E A C O R O N A

Clypeo Ducum Saxoniae

A N N O C H R I S T I

M C L X X X . inserta.

R V T A E sub vmbra floreat
Ecclesia , Republica ,
Dulces Camenæ , litera ,
Leges forenses , Delphico
Artesq; Phæbo prodita.



STANLEY CORONA

1870

NEW YORK

1870

NEW YORK

1870

NEW YORK

1870

NEW YORK

1870

